

signum eiusdem trepidationis datae in fronte aut in crepidine
canonis in primo quidem versu numerorū ipsius tabulae a si-
nistris scripto si signum in fronte compertū extiterit, aut in dex-
tro & postremo versu numerorū ascendenti, si signum datae
trepidationis in canonis inuentum est crepidine, numerus itaq;
graduū & minutiarum in area canonis sub signo aut supra si-
gnum, & ex aduerso numeri graduū scriptus pro data trepida-
tione variatio est maximae declinationis solis septentrionalis
quidē si data trepidatio prima est atq; minor gradibus 180, seu
sex signis cōmunibus, aut meridionalis si data trepidatio item
prima existat atq; maior semicirculo seu sex signis cōmunib⁹.
Sin autem data trepidatio secunda sit, denominatio pro varia-
tione maximae declinationis solis comperta contraria compen-
sabit ratione. Nam ipsa trepidatione secunda existente minore
signis sex, ipsa variatio elicita erit meridionalis, eadem deniq;
trepidatione superante gradus 180, seu signa sex, comperta var-
iatio maximae declinationis solis septentrionalis seu borealis
appellanda erit, veluti inscriptio dicti canonis admonet. De-
nominatio itaq; praemissae variationis maximae declinationis
Solis pro secunda trepidatione extractae, contraria est deno-
minationi variationis eiusdem declinationis pro prima tre-
pidatione elicita. Deniq; sciendum est si iuxta integros gradus
minutiae quaedam fuerint appositae duplici opus est introitu,
qualis in Alfonsi tabulis & alias copiosius est enarratus, quae
propter duplicem hunc introitum hic repetere necesse non est.
Esto itaq; data trepidatio prima cōmuniū signorū v, graduum
viii, primorū minorū iii, secundorum liiii, sitq; pro ea propos-
itum variationem maximae declinationis solis inuenire. In-
gressus itaq; canonē primū propositionis xix, supra signa v, &
ex aduerso graduū viii, in postremo numerorū versu scriptorū,
cum duplici etiam introitu propter appositas minutias elicio
variationem maximae declinationis solis gradus i, primorum
minutorum xv, secundorū liiii, Septentrionalem quidē seu bor-
realem quia data trepidatio prima est, atq; minor semicirculo
seu cōmunibus signis sex, Rursus pro secūda trepidatione da-